

# FLORA.

N<sup>o</sup>. 28.

Regensburg. Ausgegeben den 28. September. 1867.

**Inhalt.** Müller Arg.: Lichenum species et varietates aliquot novae.  
— W. Nylander: Addenda quaedam ad lichenographiam Novae Zelandiae.  
G. De Notaris: Cronaca della Briologia Italiana. — Anzeige.

## Lichenum species et varietates aliquot novae, auctore Müller Arg.

*Gyrophora Wenckii*, thallo tenuiter coriaceo firmo cinereo-nigricante centro pallidiore tota superficie minute subruguloso et dense reticulato-plicato subtus laevi arhizineo et caesio-pruinoso v. marginem versus late fumoso-nigricante centro saepius pallidiore, apotheciis valde gyroso-plicatis parvulis, sporis (simplicibus hyalinis) 10—12 mikrom. longis ellipsoideis fere 2—2 $\frac{1}{2}$ , plo longioribus quam latis. In Grönlandia ad Umanak leg. cl. Ed. Wenck. — Specimina missa variant diametro 3—5-centimetrali, et quoad consistentiam cum *G. anthracina*, quoad superficiem et colorem cum rigidiore *G. anthracina*  $\gamma$ . *reticulata* quadrant et primo intuitu, saltem absque apotheciis, facillime cum hac var.  $\gamma$ . *reticulata* confundenda sed apotheciis tamen omnino diversa sunt. (*G. anthracina*  $\gamma$ . *ret.* Schär. in ipsiss. herb. Schär. cum apothec. vidi). Sporae dein sunt minores quam in proxima *G. proboscidea*, quacum hanc ob causam conjungi aut sub varietatis titulo subjungi nequit, quoad formam cum iis *G. erosae* (Massal. Ricerche fig. 116) et iis *Lecanorae sulphurellae* Hepp Flecht. Europ. n. 776 s. Abbildungen d. Spor. d. Fl. Eur. t. 89. fig. 776 bene conveniunt caeterumque haud raro laeviter incurvae occurrunt.

*Placodium cretaceum*, thallo tartaræo cretaceo-albo pulverulento centro plicato-ruguloso ambitu breviter laciniatolobato, lobis contiguis adpressis subdeplanatis, apotheciis adpressis, margine subtenui plicato et crenato, disco caesio-pruinoso v. demum interdum fuscescente, ascis clavatis, sporis globoso-v. ovoideo-ellipsoideis utrinque obtusissimis 9—14 mikrom. longis diametro triente v. saepius dimidio v. fere duplo longioribus. — Ad saxa calcarea montis Salève prope Genevam, pluribus locis sed parce. — Thalli diameter 2—3 $\frac{1}{2}$ -centimetralis. Apothecia subirregularia, juniora 1—1 $\frac{1}{3}$  mm. lata, evoluta demum usque 2 mm. lata et margine valde flexuosa, vulgo semper caesio-pruinosa. Epithecium leviter luteolo-fuscescens, hymenium caeterum cum hypothecio hyalino-albidum, et hymenium assueto more solutione aquosa Jodii pulchre coeruleo-tingitur. Asci circ. 60 mikrom. longi et superne 13—15 mm. lati. — A. *P. albescente* Körb. Pererga p. 53 jam colore apotheciorum evolutorum et dein forma sporarum differt, et ab affiniore *P. Reuteri* Körb. Syst. p. 417 distinguitur thallo albo, haud pulvinaiformi, margine magis adplanato, apotheciis adpressis et tenuius marginatis, disco demum non carneo-pruinoso et sporis ambitu latioribus utrinque obtusioribus. — Forma sporarum ut in *Lecanora Hageni*  $\alpha$  Hepp Fl. Europ. n. 64 s. Abbild. d. Spor. t. 8. fig. 64.

*Amphiloma murorum* v. *gyalolechioides*, thallo vitellino demum expallente, apotheciis diu planis nudis aut obiter pruinosis, sporis 11—15 mikrom. longis oblongato-ellipsoideis diu obsolete orculiformibus dein pariete pro specie perangusto v. demum in apotheciis magis convexis  $\frac{1}{8}$ — $\frac{1}{3}$  v. raro usque  $\frac{1}{2}$  longitudinis aequante praeditis. — In Salevae saxosis calcareis cum congeneribus *A. pusillo* Mass., *A. cyrrhochroo* Körb. fructig., *A. Heppiano* Müll. Arg. et *A. granuloso* ejusd. — Apothecia permulta varie evoluta examini subjeci et olim sporas fere semper simpliciter biloculares inveni, quales occurrunt in Massalongiano genere *Gyalolechia*, rarius tamen distincte sed leviter orculiformes vidi, rarissime pro parte ut in  $\alpha$  vulgari Körb. Syst. p. 111, ubi e contra jam in apotheciis junioribus parvis distincte et valide orculiformes observantur. Planta fallax ergo non tantum pro statu juniore varietatis  $\alpha$  haberi potest.

*Rinodina melanocarpa*, thallo tartaræo subareolato-glebuloso, glebulis subparvis convexiusculis siccis et madidis cinereis, apotheciis confertis parvis primum innatis et margine thalode gonidiifero convergenter inciso-lobato cinctis dein adnatis

magisque convexis ob marginem thalldem vulgo mox tectum margine subdestitutis totisque atris semperque epruinosis opacis, lamina sporigera superne fusca caeterum cum hypothecio albidohyalina, ascis clavato-obovoideis 8-sporis, sporis 14—18 mikrom. longis ellipsoideis utrinque late rotundato-obtusis medio obiter constrictis duplo longioribus quam latis. — In' saxis erraticis cum *Biatora (Lecidella) spilota*, in cacumine Selevulae prope Genevam. — Thallus ut in *B. spilota*, sed glebulae minores et subdistincte obscurius tinctae. Apothecia evoluta tantum  $\frac{1}{2}$ — $\frac{3}{5}$  mm. lata, haud raro geminatim confluentia, convexa, atra, margine thalode angusto cincta v. in iisdem speciminibus permiscue demum saepius eo destituta et tota nigra, Buelliam longe potius quam Rinodinam simulantia, sed juniora tamen et hypothecium Rinodinae genus clare expriment. Apothecia primum similia iis Lecideae (Diplot.) populorum. Lamina sporigera solutione aquosa Jodi' pulchre coerulea. Ascii circ. 65 mikr. longi. Sporarum forma ut in *Rinodina Bischoffii* (Hepp Fl. Europ. Abbildung. d. Spor. t. 10. fig. 81, Exs. n. 81) sed absque fascia lata transversali et medio distinctius sed obiter tantum constrictae.

*Rinodina Bischoffii* v. *ochracea*, thallo ochraceo, apotheciis diffusis numerosis immersis. — In calcare neocomensi Salevulae prope Genevam cum *Patellaria (Catillaria) lutosae*. — Praeter colorem thalli et apothecia diffusa haud subconcentrice sita similis est omnino *R. Bischoffii*  $\beta$ . *immersa* Körb. Parerga p. 75 (specim. a cl. Arnold benevole communicata). Thallus quidem tenuis sed non obsoletus, saxo obscurius coloratus. Sporae omnino magnitudine forma et fascia lata transversali ut in forma genuina speciei (Hepp Abbildungen d. Spor. d. Flecht. Europ. t. 10. fig. 81<sup>1)</sup>, s. Flecht. Europ. exs. n. 81).

*Biatora flexuosa* v. *intricata*, thallo obsoleto, apotheciis dense confertis subintricatis valde angulosis demum lirelliformibus, sporis 4—5 mikrom. longis globoso-ellipsoideis. — In truncis putridis Pinorum in monte Salève. — Apothecia confertissima et saepe pressione mutua quasi intricata, atra, valde irregularia, juniora anguloso-orbicularia, mox subtrigona aut graciliter lirelliformia, haud raro praesertim sparsiora fibris ligni parallela et obiter visa Xylographam parallelam simulantia. Margo apotheciorum quam in forma normali magis prominens, subtenuior,

1) Es wäre allgemein wünschenswerth, dass die Sporenform von allen neuen Flechten mit irgend einer Abbildung dieser so gelungenen und jetzt so verbreiteten Publikation verglichen würden.

nitidulus, disco atro concolor et spora ambitu latiores. Lamina solutione Jodii fuscescens v. demum modice coeruleascens.

*Lecidea (Diplotomma) Heppiana*, thallo cartilagineo-tartareo tenui rimoso-areolato cinereo, areolis parvis subplanis angulosis, hypothallo atro, apotheciis exiguis primum innatis et dentibus conniventibus thallinis crenato-marginatis demum subinnato-sessilibus plano-convexis subgriseo-atris, margine thallode mox evanescente proprio persistente tenui subnigro, epithecio fusco, ascis clavato-obovoideis 8-sporis, sporis 12—20 mikrom. longis 2—2½-plo longioribus quam latis ovoideis subincurvis e tetrablasto mox pleioblastis. — Ad saxa erratica ad pedem montis Salève. — Thallus ut in *Lecanora (Aspicilia) cinerea*, sed tenuior et areolae planiores, non albus, nec farinosus. Apothecia evoluta diametro tantum ½ mm. aequantia, diu plana v. planiuscula. Lamina sporigera circ. 70 mikrom. alta, solutione Jodii pulchre coerulea. Paraphyses apice incrassatae et fuscae. Sporarum loculi 4 demum secus axin cruciatim 4-partiti, unde spora ipsae facie quacunque visae (biseriatim) 8-loculares ut in *L. albo-atra* (Hepp Abbildung. d. Spor. d. Fl. Eur. t. 17. fig. 148 et t. 5. fig. 30). — Cl. Dr. Hepp eandem speciem, cum speciminibus ex majore parte ad *Lecideam albo-atram* \* *pancinam* et \*\* *murorum* spectantibus mixtam, in Fl. Europ. n. 30 sub *Lecidea albo-atra* γ. *murorum* edidit. — Differt a *L. epipolia* thallo et sporis, a „*Diplotomma*“ *lutoso* Körb. colore thalli et magnitudine majore et divisione sporarum, et a „*Diplot.*“ *regulari* Körb. Parerg. p. 176, ex descriptione thallo et apotheciis.

*Blastenia coccinea*, thallo effuso tenui cinereo-albido mox albo-farinoso contiguo, hypothallo indistincto, apotheciis laete aurantiaco-coccineis sessilibus exiguis valide marginatis urceolatis, margine integro concolore, lamina sporigera apice fulvo-fuscescente caeterum cum hypothecio albido-hyalina, paraphysibus constricto-articulatis, ascis clavato-cylindricis 8-sporis, sporis 10—13 mikrom. longis 2—2½- v. rarius 3-plo longioribus quam latis ovoideis v. ellipsoideis polari-dyblastis. — In praeruptis calcareis calidioribus montis Reculet prope Genevam cum *Placodio Reuteri*. — Thallus mox evanesens. Apothecia evoluta vix ½ mm. lata, similia minoribus *Blasteniae ferruginea* sed aliter amoene colorata, juvenilia globosa, sessilia, dein quasi poro apicali aperientia, subsanguineo-coccinea, dein aurantiaco-coccinea. Asci circ. 45 mikr. longi, solutione aquosa Jodii pulchre coerulescentes. Sporarum forma ut in *Blastenia fusco-lutea* (Hepp

Abbild. d. Spor. d. Fl. Eur. t. 45. fig. 404, v. Fl. Eur. exs. n. 404), superiore latere vulgo latius rotundato-obtusa. — Nulli nisi *B. ferrugineae* affinis, pulcherrima, sed parva.

*Sagedia* (sect. *Eusagedia*) *atrata*, thallo leproso-tartareo demum rimuloso atro opaco, peritheciis mediocribus globosis junioribus leviter emergentibus dein dimidia parte e thallo emersis vertice integris demum pertusis atris opacis, paraphysibus distinctis tenerrimis, ascis anguste cylindricis, sporis 18—22 mm. longis fusiformibus 4-plo longioribus quam latis 4-ocularibus. — In praeruptis calcareis umbrosis montis Salève, in Kalkspath. — Thallus nigro-coloratus ut in *Verrucariae nigrescentis* varietate mauroide, nunc crassior, nunc tenuior, humectus odorem *Violae* spirans. Perithecorum magnitudo ut in *Sagedia byssophila* (Hepp Fl. Eur. exs. n. 695). Paraphyses cum ascis et sporis solutione aquosa Jodii haud coerulescentes, sed aureo- v. lutescenti-fuscescentes. Asci circ. 90 mikr. longi, superne saepe leviter angustati v. etiam tota longitudine subaequilati. Sporae 8-nae, dactyloideo-fusifformes, utrinque nunc obtusiores nunc acutiores, sed nunquam longiuscule angustatae, similes iis *Sagediae persiciniae* (Hepp Abbild. d. Spor. d. Fl. Eur. s. exs. n. 694). — Juxta *S. byssophilam* Körb. et *S. persicinam* ejusd. locanda est, et a priorè colore thalli et magnitudine fere duplo minore sporarum et peritheciis semiimmersis, a posteriore colore thalli peritheciis et sporis majoribus differt.

*Sagedia* (sect. *Thelidium*) *Auruntii* b. *emergens*, thallo parte epidermoidali superficiali soluta pallide rubello-cinereo v. mox cinereo aequali contiguo farinoso, peritheciis triente v. dimidia parte emergentibus. — Ad saxa calcarea umbrosa montis Salève cum *Sagedia pyrenophora* et *S. Borreri*.

— — c. *denudata*, thallo pro majore parte soluto pallidius v. obscurius cinereo v. hinc inde subobsoleto, peritheciis tota v. fere tota longitudine denudatis sessilibus. — Cum forma a emergente in monte Salève. — Primo intuitu a genuina *S. Auruntii* (*Thelidium Auruntii* Mass.), quam etiam in summo cacumine montis jurassici Dôle legi, valde differt, sed ab ea tamen, docente forma  $\beta$ , orta est. Thallus laevis est, nullomodo undulatus nec subverrucosus. Perithecia quam in *Sagedia Borreri* Hepp Fl. Eur. n. 441 paulo minora, parte denudata, in utraque forma, usque ad verticem latiuscule umbilicatum nigrum particulis thallinis cinerascentibus inquinata sunt et statum primitivum in thallum (postea gradatim secedentem) immersum indicant. — For-

mae a. *emergens* et b. *denudata* revera non sunt varietates proprie sic dictae, sed tantum status memorabiles thalli, quam ob causam literis romanis a et b, nec graecis designatae sunt.

*Pyrenula microscopica*, thallo tenuissimo leproso olivaceo-cinerascente v. obsoleto; peritheciis arciminutissimis globosis basi immersa haud peripherice dilatata obiter truncatis vertice integro demum late urceolari-collapsis atris, paraphysibus nullis, ascis e basi perithecorum suberectis cylindricis 8-sporis solutione aquosa Jodii aureo-fuscescentibus, sporis 11—13 mikr. longis  $2\frac{1}{2}$ —3-plo longioribus quam latis ellipsoideo-fusiforibus utrinque obtusiusculis 4- v. rarius 6-ocularibus hyalinis v. pallide fuscescentibus. — In ramulis junioribus Juglandis regiae prope Veyrier ad pedem montis Salève. — Perithecia quam in „*Arthopyrenia*“ *atomaria* minora, vix nisi lente acri discernenda, madida aterrima et facilius visa. Asci 45—50 mikr. longi, flaccidi. Sporarum forma ut in *Pyrenula Coryli* Mass. (Hepp Abbild. d. Spor. d. Fl. Eur. t. 54. fig. 465. v. Fl. Eur. n. 465) sed utroque latere tamen minus late rotundato-obtusae saepe leviter incurvae. Species forte vulgaris sed ob summam minutiam praetervisa.

### Addenda quaedam ad lichenographiam Novae Zelandiae. Scripsit W. Nylander.

1. *Leptogium dendroides* Nyl. — Thallus plumbeus, stipite teretiusculo et ramis intricato-divisis pallidis, stipitato-dendroideis ramosissimus (altit. circiter 8 centim.) stipite basi late nigricante. Apothecia haud visa. — In Nova Zelandia (ex herbario Montagneano, ubi sub „varietatibus“ diversissimis adest „*Stictae filicinae*“).

2. *Sticta glaucolorida* Nyl. — Thallus glaucoloridus vel fere nitidiusculus mediocris rigescens (crassit. circiter 0,25 millim.) obsolete inaequalis (vel versus ambitum praesertim leviter subscrobiculose impressus), laciniato-lobatus, lobis crenato-incisis, subtus fusco-nigricans vel partim ochraceo-pallidus tomento rhizineo tenui, pseudocyphellis citrinis; apothecia nigra mediocria, margine thallino integro cincta; sporae Snae fuscae 1-septatae (rarius 3-septatae), longit. 0,021—27 millim., crassit. 0,008—0,011 millim. — Ad cortices in Nova Zelandia (Knight). — Prope *Stictam granulata* in serie systematica locum habeat, sed affinis est *Stictae phyciosporae*, a qua differt thallo sublaevi

# ZOBODAT - [www.zobodat.at](http://www.zobodat.at)

Zoologisch-Botanische Datenbank/Zoological-Botanical Database

Digitale Literatur/Digital Literature

Zeitschrift/Journal: [Flora oder Allgemeine Botanische Zeitung](#)

Jahr/Year: 1867

Band/Volume: [50](#)

Autor(en)/Author(s): Müller

Artikel/Article: [Lichenum species et varietates aliquot novae 433-438](#)